



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

142. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Apostolo Paulo : *Neque ebriof regnum Dei* 1. Cor. 6.
possidebunt.

De eadem re. *Ex dictis sancti
Benedicti.*

CXXXIX. Nihil sic contrarium est homi- Burchard. lib.
ni Christiano quomodo crapula, sicut ait Do- 14. c. 1.
minus in evangelio : *Videte ne graventur corda* Luc. 21.
vestra in crapula & ebrietate.

De eadem re. *Ex Capitularibus,
titulo CLXI.*

CXL. De ebrietate, ut omnium primùm Lib. 1. Capi-
seniores semetipsos exinde caveant, & eorum tular. c. 167.
junioribus exemplum bonum sobrietatis of-
tendant.

Item. *Ex lib. III. cap. xxxviii.*

CXLI. Ut nullus ebrius causam suam in Lib. 3. Capi-
mallo quærere nec testimonium dicere præsu- tular. c. 38t
mat ; nec placitum Comes habeat nisi je-
junus.

Ex eodem, cap. LXXII.

CXLII. Ut in hoste nemo parem suum vel Lib. 3. Capi-
quemlibet alterum hominem bibere * roget, tular. c. 72.
Et quicunq; in exercitu ebrius inventus fuerit, * cogat, Ex
ita excommunicetur, ut in bibendo sola aqua MS. codice
utatur, quousque se malè fecisse cognoscat. Rixipull.

Ex Capitularium lib. 1. tit. cxxxviii.

CXLIII. Ut nemini liceat alium cogere Lib. 1. Capi-
ad bibendum. tular. c. 144.